Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Ad ymaginem suam creauit illum. masculum et feminam
creauit eos. Benedixitq; illis deus. et ait. Crescite et multi
plicamini et replete terram. et subiicite eam. et dominami
pisces maris et volatilibus celi et uniuersis animantibus que
mouentur super terram. Lectio secunda.
Dixitq; deus. Ecce dedi uobis omnem herbam afferentem
semen super terram. et uniuersa ligna. que habent in semetipsis
semen secundum genus suum. ut sint uobis in escam. et cunctis aui
tibus terre omnique uolucri celi et uniuersis quæ mouetur in terra
in quibus est anima uiuens ut habeant ad uescendum. Factum est
ita. Viditq; deus cuncta que fecerat. et erant ualde bona. Et factum est
uespere et mane dies sextus. Lectio tercia.
Igitur perfecti sunt celi et terra. et omnis ornatus eorum. Comple
uitq; deus die septimo opus suum quod fecerat. et requi
euit ab omni opere quod patrauerat. Et benedixit diei septimo et sanci
uit illum. quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit
deus ut faceret. Ad tertia. lectio prima.
Iste generationes celi et terre cum create sunt in die qua
fecit deus celum et terram et omne uirgultum agri antequam
oriretur in terra. omnemque herbam regionis priusquam germina
ret. Non enim pluerat dominus deus super terram. et homo non erat qui
operaretur terram. sed fons ascendebat e terra. irrigans uni
uersam superficiem terre. Lectio secunda.
Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre. et inspirauit
in faciem eius spiraculum uite. factusq; est homo in animam u
iuentem. Plantauerat autem dominus deus paradisum uoluptatis
a principio. in quo posuit hominem quem formauerat
Produxitq; dominus deus de humo omne lignum pulchrum uisu
et ad uescendum suauem. lignum etiam uite in medio para